



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 84. Probrosa Societi. Pyramis eversa Lutetiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. accensam novi schismatis facem in ca  
A.C. 1604 cerem detrusus paulopost Varvici de  
cesserit. *Edidit commentarios in Pro  
verbia & Ecclesiasten Salomonis, item  
epistolas D. Pauli ad Colossenses, harm  
niam Evangelicam contra novum Testame  
num Rhemense: admonitiones duas Par  
mento oblatas, necnon earum apologeticas  
adversus Witogiftum Episcopum.*

## §. LXXXIV.

*Probrofa Societati Pyramis eur  
Lutetiae.*

*Serran. hist. Franc.* **H**ic annus millesimus sexcentesimus quartus Jesuitis in Francia oppido faustus fluxerat; tanta enim apud Regem gratia atque auctoritate valebant ut ab eo probrosam Pyramidem, convelli obtinerent. Erat illa in æternum detestandi Regicidii monumentum Parisis ante valvas Curiæ novem annos erecta, cuius basi statuæ quatuor insidebant, quibus decretum de ejiciendis Jesuitis insculptum legebatur. Vix autem Rex die decima tertia Februarii hoc monumentum everti iussit, cum illico quamplurimi maxime auctoritatis Viri sese opponerent, causantes, gravem hoc factò maculam Parisinæ Curiæ inuri, ac præpostera misericordia statuam destrui, quam Justitia

in ca-  
vici de-  
n Pro-  
item a-  
har-  
Tefana  
s Paro-  
ologu-  
euro-  
tesimus  
oppidi  
oud Re-  
lebant  
, con-  
ternut  
am Pa-  
n am-  
æ qua-  
um de-  
egede-  
a terci-  
rti jul-  
axime-  
, cau-  
im Pa-  
ra mi-  
Juli-  
tia  
lia erexisset, nihilominus cedendum Sæc. XVII.  
erat Regis mandato, qui totam mo- A.C. 1604.  
lem non noctu, uti quamplures pete-  
bant, sed luce palam convelli jussit, ut  
Jesuitas ab hoc crimine omnino inno-  
xios fuisse, luce meridiante clarius  
pateret. Ergo demolitioni manus im-  
ponitur, atque in pyramidis locum  
fontis receptaculum collocatur, abolita  
penitus nefandi criminis memoria.

Præterea Jesuitis die vigesima no-  
na Aprilis Collegium Parisiense redde-  
batur, obtenta etiam facultate literas  
publice docendi: Verum Parisinæ Uni-  
versitatis Rector vehementer obstitit,  
causa in forum delata; nec defuerunt  
opponentibus insignes Patroni, imo  
ipsem Cardinalis Peronius ceteroquin  
Jesuitis addictissimus permoleste tulit  
hoc diploma se inscio impetratum: un-  
de Regi significabat, multos jam esse  
Parisiis Theologiæ Doctores, quibus  
præripi discipulos non conveniret. Ho-  
rum igitur repugnantia factum, ut Je-  
suitæ per plures annos scholas suas  
aperire inhiberentur.

### §. LXXXV.

*Contentio inter Andegavensem Epi-  
scopum & Senatum innovata.*

Non